Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

17.

Aut illis pilatus. Habet custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. Off. Improperium expectauit cor meum miseriam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit. Consolantem me quesiui et non inuenii et dederunt in escam meam fel et in sitim meam potauerunt me aceto. Sec. Concede quesumus domine vt oblatio maiestatis tuae nobis oblatio gratiam nobis deuotionis obtineat et effectum beate penitentie acquirat. P. Prefa. Qui salutem. Com. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Compl. Per huius domine operationem misterii. et vitia nostra purgentur et iusta desideria compleantur: per dominum nostrum ihesum xpm filium tuum. In cena domini Int:

Os autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem salui et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis. illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. H. Glia patri et filio et Spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio. Deus a quo et iudas proditor reatus sui penam et confessionis sue latronis premium sumpsit: concede nobis tue propiciationis effectum vt sicut in passione ihesu xpi domini nostri diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum. ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus. Ad corinth. Fratres. Conuenientes